Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26462
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Nunc autem quia uerum liberatorem spre
uerunt. immo crucifixerunt. de terra
sua eiecti uagi et profugi in toto uisunt
orbe. et sedibus incertus discurrentes/
uictui cum periculo uite adquirunt. Qui bene
cain parricida prefigurabat. cui data est
sententia ut uagus et profugus. pauens
et tremens per loca uaria discurreret.
nec usquam tutus et securus maneret. Pel
lis nra quasi clibanus exusta est. a facie
tempestatum fumis. Inpelle exusta de
formitate obscena ostendit. quam fame
et siti et nuditate inter hostes passi sunt. Clibanus est coquendis panibus
aeneus uasculum deducta rotun
ditas. quae suburentibus flamis ardet
intrinsecus. in quam similitudine me
rito peccatores iudei ponuntur. qui
in futuro iudicio et metore animi/
et penali excruciatione torquendi
sunt. quia contra regulas dni obstina-